

De Mandatis Principum.

Centuria Iuridica

Quam

Annexis Quæst. & Parergis

Auspice Trino & Vno:

*CONSENSV, AVTORITATE, ET
PERMISSV NOBILISSI. CLARISS: CON-
sultissimorumq; Amplissimi Collegij Iuridici pro-
cerum & Antecessorum:*

SVB PRÆSIDIO

*CLARISS: ET CONSVL-
TISSIMI VIRI, DOMINI IOAN:
HNRICI TVOCHERI, I. V. D. ET IN
Archiducali Friburgens. Academia Professo-
ris Ordinary, nec non incl. & facul-
tatis Iuridica pro tempore De-
ceni spectatissimi.*

Pro Doctorali dignitate in V. I. consequenda.

Ad diem Februarij loco horisq; consuetis
publicè defendere conabitur.

M. ICANNES LINTNERVS
Friburg. Brisg.

FRIBURGI BRISGOIAE.

Excudebat MARTINVS BÖCKLER,
Typographus.

ANNO M. DC.

NOBILIBVS. CLARISS. PRUDENTIASS.

MVLTO QVE RERVM VSV PRAE-
stantissimis viris ac Dominis.

IOAN: VLRCO STVRTZEL à Buochen
Consuli

IOAN VVENDELINO à Bernhausen Prætori
Dn. IACOB. SCHOTTIO }
Dn. CASPARO VVIDENMEIER } Triumuiris.
Dn. IOANNI RENNERO }

Cæterisque Inclytæ Reipub. Friburg. Sena-
toribus, Dominis & Meccenatibus suis benignissi-
mis.



EPIST. DEDIC.



BIM, auem Ägypto
propriam & inquili-
nam, Nobiles, Clariß.
PrudentiSS. Viri, pa-
tres optimi, cum ab Ä
gyptijs eam ob causam
quod à serpentibus (vnde alijs ὁ ιωάννης,
Inuenal. satura serpentibus, dicta) alijsq;
venenatis bestiolis regionem mundam con-
seruet, non saltem coli; verumetiam isti
regionii ta esse peculiarem; ut si quis vi
aut impetu ex ea alio træsportare velit, si
bijpsimortē consiscat; & Plinius aliquā
do à M. Egnatio Caluino præfeto, tāquā
rem in usitatam in Alpibus extra patriam
visam fuisse scribat, eamq; cœn Soli patria
natam, interficere ibidem, Herodo teste,
capitale fuerit, grauissimi referant scri-

EPISTOLA

ptores; haud obscure & nos, quibus maior ob diuinum recterationis munus, & perfectior natura vis, ipsius exemplo, ante omnia curam & solicitudinem maximam patriæ, quam Plato ^{μωτέ, αν μετρός καὶ πατρὸς,} id est, in maiori honore habendam quam matrem & patrem putat; eumq; imitatus Cicero antiquiore parentē appellat, impendenda esse docemur; hocq; ut toti agamus, recte & Euripides monet.

*Ἐκ τοῦ δὲ πινδίου καὶ λόγων καὶ μηχανῆς
πατρὶδος Ἐριψώνασκεν οὐ σωτῆραν*

Conuenit omni ratione & arte
Amantes patriam, salutem eius curare.

Hinc quam profusa erga patriam pietatis omnium penèordinum, nationum, & atatum homines plurimi, nihil non patria amore, propria etiam vita discrimine & iusta, sustinentes, nec suā pro patria profundere vitam formidantes, sed constater potius & intrepidè, non secus ac Indici Canes, quibus præreliquis id naturā indutum afferunt histria, ut spretis animalib.

mino-

DEDICATORIA.

minoribus leones in primis petant, atq; ita obstinate retineant, ut sibi crura potius, nullo edito clamore, abscondi patientur, quām feras dimittant, nec casice dant, pugnantes, & ad necem usq; iuxta illud Horat: Dulce ac decorū est pro patria mori. dimicantes extiterint, plena est testimoniorum vita, testisq; veneranda antiquitas & clara mirificorum exemplorum ubertas locupletissimus. An non Aristides vir aliqui iustissimus, ab officio pro salute patriæ deflexit? An non Cratida Cleomenis mater ultrò propatriæ ob sidem cum nepotibus obtulit? An non Codrus Rex mortem ultrò pro patria expetiisse; & Age sitans Lacedemonius (ut infinita alia exempla transeam) quidquid sibi gratiae ab externis gentibus, aut ciuibus debebatur; id omne in patriæ sibi charissima, usq; & ornamentum vertisse dicitur?

Si ergo aliorum virtutes proprijs aquarē factis, & quid vel laudabile est, vel honestum, imitari par sit, omnem deniq; vi-

E P I S T O L A

tam aliorum moribus cōpede, ut benē noſter admonet. Cato

Multorū disce exemplo quæ facta sequaris,
Quæ fugias: vita est nobis aliena magistra.
metiri oporteat; quis animi foret tam im-
pij, qui nè tanta perfidiae, quin omnes co-
natus, studia, curam deniq; omnem, ani-
mumq; totum in patria conuertat commo-
dum cō ornamentum. Quis tam à 50 v@
qui pium hoc patriæ officium, naturæ legi-
bus contrā eundo, publico dedecore preſta-
re cō ſoluere detrectet? Exemplas non mo-
ueant, ſed ob coniuncta pericula, ſeu an-
nexas difficultates potius terreat; præmia
tamen, quæ hanc ſectantur pietatem, am-
plissima, vita nimirum decora nominisq;
post mortem aternitas, allicere, cō reluctā-
tes etiam, impellere, niſi omnis virtutis, fa-
ma cō honoris effemus prodigi, deberent
meritò.

Eos enim, qui pro ſalute patriæ, ſalu-
tem neglexere ſuam, viuere ſempiterna

gloria

DEDICATORIA.

gloria celebres, eleganter Imper: noſter In-
ſtin. ſ. filij autem: fnſt. de excusat: tutor:
Qui pro Repub. ceciderunt, inquietis, in
perpetuum per gloriā viuere intelligun-
tur, tradidit. Sic Cicero. in Phili p: horū
mortuorum vitam in memoria viuorum
poſitam ait. Et alibi: O fortunata, inquit,
mors, quæ naturæ debita, patriæ eſt potiſſi-
mum reddita. Brevis nobis vita data eſt;
at memoria benē reddita vita ſempiter-
na, cōc. Nec iſis ſolum mortuis hunc eſſe
perſolue ndum honorem, ſed iſorum etiā
parentibus, quibus hac optima eſt conſo-
latio, quod tanta Reipub: genuerint pra-
ſidia, liberis, coniugibus, cō patribus, hu-
iū ſmodi tribuenda eſſe præmia, idem cen-
ſet. Qua ratione cō Hippodamum apud
Athenienses aliquando l. cauiffe, ut ex pu-
blico alerentur filij: quorum parentes pro
patria cecidiffent, præter Periclem apud
Thucyd: lib. 2. Aristot. quoq; 2. Polit: ſcri-
bit. Quæ omnia cum meo ſumma industria
cō fide versarem animo, acerrimos ad ex-

hibendam patriæ pietatem debitam stimulos, & hortamenta esse vehementissimatautus, eam ut publico manifestarem symbolo, omniaq; in patriæ usum & ornamentū cōferre studia pignore quodam attestarer, collaturūq; semper publicè quasi, nisi planè in omnē legē incusari, & ab eorū more vel consuetudine, qui, ut Sophoc: vocat, πατριῶν ἀλλύλων, degenerare velim, debitā vobis studiorū meorū reddendorationē, sti pularer, mūeris & officij meis fore duxi. Hoc etenim facere naturali obligatione tā mēn est, quam vestrum à me, etiam in uito, Iure, & publica patriæ autoritate reposcere & exigere. Cūm namq; ciuium liberi, ut pulchre in Polit: docet Aristot: usu communesint, & partem patria, partem amici, partem parētes ortūs nostri vendicent; nec solum nobis, sed ad ciuitatem potissimum natissimus, εὐσέβες ēsī (ut loquitur Demosthenes) patriam ob communem liberorū possessionem, diligentem & Institutionis rationem, & accuratam progressuum ha-

bere curam; Quod etiam non tam Lace-damonijs, Athenies: Persis, Roma: quam omnifermè populo sapienter Rem pub administranti adeò cordiet cura fuit, ut ubique graues & seueros Catones, censoresū qui morū & studiorū publicam summa cū fide susciperent curam, crearint & consti-tuerint.

Constituens ergo grati animi erga vos mei voluntatem, officio & specimine aliquo testificari, hanc mihi nunc dari oportunitatem existimauit, si qua præter viuā praeceptorum vocem, & ipe, ut Homerus vocat, πτέροντα, priuato & umbratili quoque studio, ne in hac togata militia vide-rer σκιαμαχήν, id est cum umbra pugnare in aniter seu frustra laborare, & secundum Homerum.

ἀπρηγτον πόλεις πολεμίζειν ηδὲ μάχε δει

Pugnam in frugiferam, & inutile ducent bel-lum.

excepi & collegi, vestrum circumferrent nomen. Quasi in Iudicium veniant: & ex immenso Iuris pelago selectæ harius, & nū-

E P I S T O L A

quā (quod sciam) publica discussione seu certamine agitat & materiei, quis caussam cognoscere cupiat; eam, si non minus omnium penè ICrūm & Canonista: lucubrationibus celebrem, quām praxi, foro & tribunalibus nostra etate frequētissimam cognoverit, in sui merito, p̄r & reliquis, traxisse delectum intelliget. Siquidem enim ea nostri faculi sit corruptio, hominumq; inuidia, ut plurimi prater omnem Iuris & equitatis ordinem, post habitis & spretis pluribus legum & Iuris remedij ordinijs, alias fraude & dolo, sorte sua quamvis opima (ut recte ille

AЕquè homines male habēt cum pleno copia cornu

Fundit ab excuso mitissima munera cōelo non contenti, suis deturbare possessionibus & fraudare Iuribus, nulla penitus, magna etiam enascentis iactura & seu danni, ducta ratione conentur: amicorum favoribus in nitendo, multumq; tribuendo, nūgis summis principibus illudendo, specie nonnunquam boni vel aequi principum, qui omni-

DEDICATORIA.

bus intenti esse nequeūt, occupare animos, eorumq; τὰ βουλεαδη, pluris habere, quam νόμον εγραφον, totis nitantur viribus, ideoq; quantum extortis huiusmodi Principum Mandatis robur tribuendum, fides danda vel deroganda sit, nosse, in praxi & politijs versantium haud parū interest. Quon nomine & Cicer. pro Ros. eleganter & verè Imperat. excusat, cùm & pacis constituerationem, & belli gerendi potestatem solus Impera: habeat, cùm omnes in unū spectent, unus omnia gubernet, cùm tot tātisq; negotijs distentus sit, ut respirare libere non poscit, mirum non esse, si aliqua nō aduertat, cùm præsertim tam multi occupationem eius obseruent, tempusq; aucepentur iniqua impetrandi. Quos importunos suggestores Rex Agesilaus exarmare volens, si quid iniqui ab eo obreperetur, declarabat se dixisse quidem illud, non vero promisisse. Vnde & Antiochum 3. Asia Regem, quod omnibus sui regni uribus scripsit, quod si quid in literis, que

EPISTOLA

eius nomine scriberentur, esset quod illa aduersari videretur, ignaro se literas huiusmodi scriptas fuisse, et propterea eis non parerent, multum laudari constat.

His ergo rationibus, Nobiles, Clariſ. viri, Patres optimi, et ingentibus in meos quondam beneficijs adductus, cum nihil aliud, praeter chartaceum hoc et pertinere haberem, quo gratum et pium erガvos declararem animum, et ut cunq; probarem, id quasi arrhabonem quendam propensi mei in vos animi ac voluntatis, offero, dico, consecro. Quo si consequutus fuero, ut quae mea erga vos affectio, qui amor sit, intelligatis, hanc q; iur. αμοσύνης ζηταπόνες καὶ πατρικῶς suscipiat, aliquam me vobis gratiam si non retribuisse, Thrasybuli; roganibus quas Athenæ libertate per ipsum consequunt a gratias debeant: Dij faciat, ut quantas ipsis debeo, videar retulisse, respondentis exemplo, (nec enim adeo φιλαρτὸς sum, ut me satisfecisse existimem) at habuisse arbitrabor, rogans, ut studiosissi-

DEDICATORIA.

mum, obseruantissimumq; vestri honoris, amare, fouere et amplecti nunquam cessetis. Valete. Prid. Calend. Februar. Anno reparatae salutis. M. D C.

VV. NN. & DD.

Obseruantiss. studiosissimusq;

M. Ioannes Lintnerus
Friburg. Brisg.



CAPVT I.

Deduplici Mandatorum definitio-
tione Nominis & Rei, varijsq;
eorum diuisionibus.
&c.

THESES I.

PEr Principum Mandatis disputaturi, cùm multa quæ συνονυμῶς & promiscuè usurpentur, diuersum tamen Iuris effectum contineant, & propriè intellegendō multū differant, passim in Iure expressā reperiantur; operæ pretinm existimauit, generalib. quibusdam præmissis, ne hæc transgrediendo, specialia vero ponēdo, intricata, ambigua, & quasi ἀναρχαγ̄iat tractatio, omnem ambiguitatis rationem præcide.

Aristoteles i. *Acroamat.* cap. 1. & passim.

2. Verbi itaque Mandare, vnde & diuersa Mandati notio, et si varia sint significata, idemque interdum, quod delegare, A. tradere, commendare, cedere, B. præstare & exhibere actiones, denotet; propriam tamen & communiter, nihil aliud quam præcipere, iubere, vel gerendum aliquid alicui (quaratione & nos vtemur) committere, significat.

A. *T. de Off.* eius cui mand. est Iurisd. I. 8. §. 18. ff. de

Transact.

Transact. I. 8. ff. de tutor. dat. B. I. 25. ff. de: ad-
minist. Tutor. I. I. §. planè & §. 18. ff. de tut. & rat.
distrah. Briffonius in Iuris Lexico lib. 4. verb.
Mandare.

3. Quare diuisione, quæ totius exploratrix ambi-
gui, omnis ut tollatur confusio A. primò omnium
duplicem Mandatorum rationem, quod videlicet a-
lia sint Iurisdictionalia seu Iudicialia quæ vi & autori-
tate principis, superioris vel Magistratus Iudiciale de-
cernuntur, B. alia verò conuentionalia, quæ sint cō-
tractus boux fidei, consensu initi, quibus alter alteri
gerendum, efficiendumque negotium aliquod com-
mittit; statuere placuit.

A. Petrus à Fons. *Dialect.* Inst. lib. 1. cap. 4.

B. T. C. de Mand. Princ. & Nouel. 17. cod. C. TT.

A. & C. Mandati & Inst. de Mand.

4. Priora (de quibus hīc nobis sermo) et si variè
à varijs, vtpotè Decreta, A. Edicta, B. Monitoria, C.
Iussiones, D. Præcepta, E. Rescripta, F. & literæ ex-
equitivæ appellantur, omnium tamen commodissi-
mae esse in huiusmodi præceptis vel iussionibus Iudici-
alibus vocabula, Mandatum seu Rescriptum, censemus.

A. T. ff. de decret. ab ord. fac. l. nec quisquam g. §.
vbi decretum. ff. de Off. Procons. & leg. & ibi Iaf.
num. 6.

B. l. Diuifratres. 39. ff. de relig. & sump. fun. C. l.
omnes. 33. C. de Episc. & Cler.

D. Nou. de fac. Ius. l. 2. C. de Mand. Princ.

E. l. 3. si pecuniam C. de re Iudica: Bartol. in l. filius-
fam. §. Diuin. 16. & in si. ff. De. legat. 1.

F. l. fin.

2. *I. fin. C. si contratis vel util. pub. & T. C. de dis
uers. rescript. G. Dd. paſsim.*

5. Non morantes & huius. id est, Rescripti, varias, præsertim apud Grammaticos significationes, Quāuis enim idem aliquando, quod alterius scripto, A. vel etiam consulentibus B. (quod ICtorum est) respondere; nonnunquam verò pecuniam per literas Cambij (quod alij per Mensæ scripturam reddere dicunt) renumerare, germanicè *ein Gelt durch wachsel bezahlen*/ significet, ipso denique etiam Iure interdum generalissimè, D. pro omni lege seu Iuris specie sumatur: attamen hīc speciatim usurpando, Rescripti nomine, nihil aliud quam literas E. principis, qui-
bus vel motu proprio, auſz feigner bewegnuſ/ vel ad in-
stantiam aliquorum, auſſ vnderthänig bittlich anlan-
gen/ vel ex relationibus absentium, vel suggestionib.
præsentium auſſ ein kommen bericht fundſchafft vnd
erfahnuſ/ aliquid alicui mandat ac præcipit, Germ.
ein Fürſtlicher beuelch: Kayſer: oder Fürſtlich Decret
oder Mandat, intelligimus.

6. *Ouid. 1. Epist. N̄ il mihi rescribas &c. B. l. 1. ff.
de Appella: C. Terent. in phorm. Atq; illud mi-
hi argenteum rursum iubet rescribi &c. ubi Dona-
tus. D. Vlp. l. 3 ff. sepulch. viola. E. T. C. de di-
uers. Rescript.*

6. Ex quibus Mandata huiusmodi seu Rescripta, eo, quo diximus, sensu accepta, Literas principū vel Iudicium esse Exequutiuas, ex officio eorundem ad partis implorationem emissas, quibus quis vel dare, vel facere, vel omittere quid iubetur, interdum sim-
pliciter, plarumque tamen sub certa comminatione
(sine qua idem quod sine sale cibus, sine spiritu vent'

esse

esse dicuntur) nisi pareatur; commodè describi posse putamus.

7. Vtrum verò hæc Mandata, Comminatio poe-
na & mulctarum semper deceat? & An Iudex im-
positam in Mandato mulctam, eo cui mandatur nō pa-
rente, augere vel minuere possit; Velsi non sit speci-
ficè inserta poëua, sed tantum exprimatur quod iudex
vi & autoritate Magistratus von Obrigkeit tragenden
Amptis/ Gericht und Gerechtigkeit wegen aliquid im-
peret, vel fieri mandet, vetetue, an pro arbitrio pu-
nire possit? vel denique Mandatum poenam arbitrio
Iudicis infligendam continens heu straff nach ermessi-
gung (quod Mandatorum genus in Camera frequen-
tissimum) valeat? quærenti, annuimus.

8. Vnde etiam eum, qui talia Mandata vel Rescri-
pta decernere & emittere velit, & competentem Iu-
dicem, & Iurisdictione eo, cui mandatur maiorem
fore debere, nec tamen Citationem eius, ad decer-
nendum requiri, elicitor.

9. Dubitanti vero; An nulla ratione, maiori mi-
nor, vel Iurisdictioni non subiecto, quis mandare, &
ad patendum cogere possit? Fieri posse distinctione
Iuri consentanea respondebimus.

10. De origine; An ex Iure Canonico, vel Ciri-
li, vel Glossis, vel principum statutis huiusmodi Man-
data orta & recepta sint? controuertitur. Quidam
enim gloss. A. ortum eorum acceptum ferunt; qui-
dam antiquiora, nec Iu. Ciui. vel Cano. recepta pu-
tantes, vñā cum Magistratibus & iudicij Mandata,
eorumque exequutionem, Christi Mandato Inhibi-
torio ad Adamum in Paradyso, Mando tibi, vt atbo-
re, quæ est in medio Paradysi, abstineas, sub pena

C

extra

~~enam~~ moti, introducta tenent, B. Nos vtramque opinionem ita conciliari posse sperantes, priorem de lufstificatorijs, hanc de puris (vti infra patebit) procedere posse opinamur.

A. *Gloss. in l. de pupillo. §. meminisse, verbo Eum ff. de Nō. ope; nuncia: ubi addit formulam; Peto domine prator, ut mittatis nuncium vestrum, ut non edificet, vel veniat responsurus. Et gl. ult. c. extra parte i. in si. de V. S. B. Frid. Mind. de Mand. Iud lib. 2 cap 3. n. 3.*

11. Quoniam autem duplēcē Mandatorum rationem suprā statuimus, omissis conuentionalibus seu obligatorijs, Iurisdictionalia seu Iudicialia, quæ nostri instituti, & vi Iurisdictionis, seu Principis & superioris autoritate emanant, pariter, inter varias diuisiones, primò esse vel Inhibitoria, quibus Princeps vel superior coercet, inhibet, vetat prohibet, & ne quid fieri iniungit: vel Compulsori alia, quibus instat, iubet, imponit, vrget, compellit; vel Exequatoria, quibus exequitur, dicimus.

12. Qaedam deinceps dicuntur *Cum clausula*, quaedam vero sine *Clausula*, seu pura, (de quibus infra) non multum tertio genere, quod nonnulli addunt, ob rarum eius usum, attento, quod nimirum quaedam etiam Mandata sint Mixta, quæ partim cū, partim sine clausula esse possint, vt in Mand. super litigiosa possessione, de non offendendo, item in Causis Appellationum. &c vbi præter Citationem peti solent compulsoriaes & inhibitio.

13. Alia in vim Edicti, Programmatis, vel Legis publica sunt; alia priuata, contra priuatos & certos directa, Alia etiam simplicia, quæ præsupposita rei ve-

ritate decernuntur; alia vero ob insertam *Clausulam* Constito de assertis, A. vel si ita, quatenus ita est; B. si ita vt supplicans narravit, res se haber (quæ in Iu. Cano. præcipue Decretal. non rara) Conditionali (nā & hæc sicuti legata, fidei commissa &c. valent) nuncupantur.

A. *Mandosius de Monitorijs q. 3. B. Exempla sunt in c. peruenit &c. seq. ē de Fidei inscribus.*

14. Alia denique sunt Gratiae, quæ Principis beneficio sine alterius damno vel læsione conceduntur, vt si quis natalibus restituatur. Comes Palatinus, Nobilis, vel Prothonotarius efficjatur, Præfecturam consequatur, dispensationem prohibitus, vt cum quadā matrimonium contrahere possit, impetrat &c. Alia Iustitiae, quæ ad iustitiam partibus administrandam, Ius suum cuique tribuendum, conceduntur; vt si Princeps alicui demandet & committat, vt litem & causam inter duos cōtrouer sam cognoscat, dirimat, ac definiat.

CAPVT II.

De Mandatis cum Causula.

15. Mandatum cum Causula (de secunda enim Iurisdictionalium diuisione, posita, hic nos potissimum) nihil aliud est, quam Principis, vel superioris Magistrati præceptum, quo licet aliquis facere veldare aliquid alteri, siue ad instantiam alterius iubeat, ^{parti} tamen contra quæ decernitur & emanat, facultatem & potestatem, rationes cur parere vele exequi necesse non sit, præfixo ad id termino, proponendi, ob additam nimirum conditionem, (quam Dd. *Clausulam* salutarem vocant,) istam, vt si se tali

mandato grauatum sentiat, responsurus, seu certior die ad Principem vel Magistratum, iustitiae complementum accepturus, veniat, non adimit.

16. Quæ Clausula cùm iustum & æquum reddat Principis Mandatum, Princeps è seu Iudex, sub tali Clausula quid mandando, seipsum iustificet, nihilo quæ partem grauet, eâ additâ, rectè Mandata Iustificatoria dici possunt.

17. An vero huiusmodi Mandata comparendo, vim simplicis & meræ Citationis habeant, quæstio nis est. Affirmatiuam etsi non pauci teneant, A. Negatiuā tamen sstantes, propter annexam Mandandi & præcipiendi autoritatem, allegandas grauaminiis caulas, exceptiones opponendas, & necessariam denique in casu Releuātum Exceptionum Cassationem seu Absolutionem, non esse simplicem & meram Citacionem, licet quandam Citacionis vim habeant, tueri conabimur. B.

A. Dd. cōter. Gail. 1. obs. 19. n. 5. & seq. Mandof. de Monitoro, q. 17. n. 2 & q. 2. n. 1. Marant. de sent. n. 27. B. Frider. Mind. lib. 2. cap. 7. n. 2.

18. Cùm & hæc Mandata non nisi ad instantiam eius, cuius interest, prout regulâ iter in ijs, quæ ad priuata m tendunt utilitatē, fieri solet, edantur, quæri solet & illud: An interloquutiua, an vero definitiva sententia decernantur? Interloquendo, siquidem non magno conflictu, vt Constant: Imper: loquitur, & auditis vndique allegationibus, vel causâ cognitâ emittantur, decerni respondeamus.

argumento l interloquutio 4. & l. 5. & toto T.
C. Commin. Episo. l. ex stipulatione C de sent.
& interlo: omni: Iud. l. post sententiam eod.

19. Vtrum vero contra omnes, omni respectu præ-

ciso, vel contra quos impetrari & decerni queant, dubitatur? Subditorum discrimen considerando, & inter Imperatorem, vel Cameram Imperiale, inter quos est concurrens Iurisdictio; & his inferiores, distinguendo, parum remanebit dubium: hos enim intuendo, quemlibet indistinctè Magistratum subditissimis, pro rei qualitate, nec obstatibus priuilegijs, imperare, mandare, & præcipere posse, certum euadet.

20. Diuersa tamen Imperato: & Cameræ statuum Imperii respectu, & eorum qui Priuilegium Instantiæ habent die Austriæ: est ratio: Austregis enim locum habentibus, silent: ijs autem inter immediatos (sunt enim alij Immediate, alij media: Imperio subiecti) cessantibus, Mandatis Iustificatorijs locū esse, in Collegijs, Civitaribus, Vniuersitat. Comitibus, Baronibus, Nobilibus (quatenus Austregarum Instantiæ seu Priuilegio concludent) Imperiū immediatè recognoscensibus, palam est.

21. Vnde contra Principes, tam Ecclesiasticos, quam seculares, priuilegiatam Instantiam habentes, Mandata Iustificatoria, nisi in consequentiam Constitutionis vel styli Cameræ Iurisdictionem generaliter aliás fundantis putâ Constitutionis, fractæ pacis, Religionis: Des Landfridens litigiose possessionis &c. impetrari non posse, appetet.

Gail. 1. obs. 1. n. 24. Mando. de Monitor. lib. 2.
cap. 8. n. 2.

22. Dubium est illud: Vtrum tale Mandatum impetratur, libelli incumbat oblatio? Distinguentes, ijs casibus quibus legitimus requiritur processus, A. libellum quoque esse necessarium, aliás vero summariam inscriptis porrigi posse petitionem, relicta o-

ptime impetrandi, eiusque arbitrio, vtro, articula-
tione vel summario vti velit libello, respondemus,

A. Aut. offeratur cum seq. C. delit. contest.

Gail. 1. obs. 78. n. 6.

23. Quia vero Mandata hæc quandam continere vi-
dentur Exequutionem, à qua Iudicium incipi nequit
A. ordoque Iudiciorum II. Constitutus primùm of-
ferri libellum, deinde litem contestari, tertio Iusiu-
randum de calunia præstari, quarto causam testi-
bus, Instrumentis, vel alijs probationibus inspectis,
cognosci; quinto sententiam proferri, postremò Ex-
equutioni, nisi fuerit appellatione suspensa, B. de
mandari, iubeat, secus verò in his Mandatis fiat quæ-
ri potest. An iuri sint consentanca? Exceptis casibus
nonnullis, quibus Iudicium à Mandatis vel Præceptis
inchoari potest vt Noui operis nunciatione, & alijs
(de quibus postea) negamus.

A. l. i. C. de Exequut. rei Iudicat. l. i. C. de pro-
hib. sequent. pec. l. si cum ff. de re iudica. B. l. pro-
latam C. de sentent. & Interlo. omni Iudic. ibig.
gl. & Dd. legibus adductis hac solennia esse Iu-
diciorum tradunt.

24. Quid denique in Iudicijs' circa hæc Mandata re-
cepimus, quiq[ue] Effectus? Ea vim Citationis habere,
deinde, si is cui Mandatum factum est, contumax sit,
Iudicem id confirmare, & contumacem in poenam
Mandato insertam condamnare; sin verò compare-
at, & Exceptiones Relevantes, vt Dd. loquuntur, id
est, idoneas & sufficientes non opponat, tunc Man-
datum confirmari, ijs autem oppositis & deductis cas-
fari, & ad Iuris viam reduci debet, ex communi Dd.
sententia constat.

CAPVT III.

De Mandatis Puris, vel sine Clausula.

25. Mandatum Purum, vel sine Clausula, nihil ali-
ud est, quam præceptum quoddam poenale, Piinci-
pium. Magistratum, Iudicum, & aliorum, qui pote-
statem habent, simpliciter absque villa Clausula Iusti-
ficatoria factum, partitionem & poenam re Età, sine vi-
lo grauamine aliquando, ob manifesti quo nituntur,
Iuris rationem, iniungens.

26. Quæ mandata cùm à fronte Exequutionem in-
tentent, & ab ea, contra communem A. Iuris normā
incipiant, indequæ iniusta vel exorbitantia esse dicā-
tur, regulariter non valere, Cameræ B. ordinationi-
bus expressè cautum est.

A. d. l. i. C. de Exeq. rei iudica. B. lib. 2. cap. 23.

Nach dem auch in den Kaiserlichen Rechten
gar wogordnet. sc.

27. Cùm verò & Clausulam Iustificatoriam & Cita-
tionem nonnunquam insertam non secus ac Iustifi-
catoria, habeant, indequæ nec Pura vel sine Clausula
rectè dici videantut; diuerso tamen id fieri respectu, &
in his quidem, Iustificatorijs scilicet, Clausulam cisse
decausis contra ipsum Mandatum, si quas habeat, al-
legandis: in illis autem non opponi Clausulam con-
tra ipsum Mandatum, sed contra poenæ declaratio-
nem, in casu non præstite partitionis faciendam, exci-
piendi & allegādi: nec damnum Citationem de alle-
gandis, quare grauatum se sentiens non teneatur pa-
rere, causis, sed de docendo Mandato obtemperatū

esse, ipsum paruisse, vel sin minus, de videndo audiendoque in pœnas contempti Mandati se incidisse, & declarari, aimus.

28. Quam vocationem siue Citationem nunc annet, quondam autem seorsim peti solitam, licet de Iure Communi non habeant, annectendam tamen esse, exceptis inhibitorijs, Constit. Imperator: Sprensi A. sancti, & nouissima Ratisbon. B. iteratum est.

A. §. Ferrers & Speyrisch s Reichabschidde/ de An: 70 Ferrers statuiren vnd ordnen wir/ das zu mehrer abfürzung &c. Et §. Inn was sonderen. §. Visitatione & eius Memorial. de An: 79. verb. dainzulässigen fall vñ Man- dat Supplicierre. Cisnerus part. 2 Ord. T. 22. sub. si. B. §. demnach aber. Regenspurgischen abschidde. de An: 94. ad fi. wollen das vergleichen Mandata oñ einverlebung. Gail. 1. Obs. 15. n. 4. ad fi.

29. Annè pro his im petrandis libello opus? Ob celerem & summariam expeditionem, seu perfunctoriam illam Narratorum, vt in Appellationibus Actorum, declarationem seu repetitionem, ex communis sententia negamus.

30. Hinc & nullo Austregarum priuilegio attento, contra quoscunque immediate Imperio subiectos, ob paratam quam habent, Exequitionem, quæ der Austriae priuilegio non gaudet, ab Imperato. vel Camera decerni possunt.

31. Quamvis autem hæc Mandata, ob Exequitione, quam important, regulariter non valeant, nulliusq; sint momenti, quin tamen Casus tam in dicta Camera ordinatione, quam à Dd. nostris, & quidem con-

uenienter

Iuris regulis, quibus Iudicium iuchoari po- test, excipientur, non abnuimus.

32. Quos et si nonnulli ad 7.; alij vero λέπλοτογει ad 8. vel 9. genera reuocent; nihilominus tamen ob mutuum concurm, vel eorum subalternationem ad 4. Capita, ceu fontes, haud incommode refere- mus.

Gail lib. 1. de pae. pub. cap: 5 n. 10. sape d. p. 2. Or- din. Cam. T. 23.

33. Nam si res causaue, A propter quam talia Mandata decerni peruntut, per se, ipso lute vel Consuetudine est prohibita, eaq; comissa sine ulteriori co- gnitione habeatur pro illicita & poena digna (quò & alij specialiores, seorsim ab alijs positi; utpote si iustus armorum das aufruor oder bluttuergien enstehn möcht / vel scandali subsit metus; aut factum nullo lute iustificari queat; aut Mandatū fiat super eo, quod parte præsente & invita concedendum foret, redu- cuntur) 2. vel magnum præjudicium B & damnum irreparabile meruatur; 3. vel de Cutilitate publica agatur 4. vel in D mora periculum sit, à Mandatis hu- iusmodi salua iustitia & æquitate inchoari posse ma- nifesti Iuris est.

A. d. T. 23. ord. Cam: vers. Es were dann das die sach vnd handlung daruber die Kaiserlich Mandat B vers.: oder das dadurch dem anruffenden thail C vers.: oder die sach wider gemeinen Nutz were D vers oder keinen verzug leiden möcht.

34. Grauissima, & dubijs omnium per è practicoru animis agitata quæstio ē; Vtrum hæc Mandata sine Clausulis, vulgo auss die vier falle / contra Mediatos Imperij decerni queant? Negatiuam amplectimur.

35. Nec illud hic trāseundum An Mandatis Exequitorialibus vel sine Clausula, pariter, sicut Iustificatoriis, Citationibus, & similibus processibus, prōtrit ex proditis constat formis, A contrra Magistratum, pro quo alias semper militat præsumptio, quod recte & iusta motus ratione, B cuncta faciat (cum sit minister Dei C in terris) subditi agere possint ? Istā præsumptionem non esse adeò vniuersalem ut nulla detur Exceptio, cum Princeps vel Magistratus labi, errare, decipi, & alia quæ superioris inspectione & correctione indigeant, agere possit, nec sibi inferiorem Magistratum, quasi à subditis coram superiore, quem recognoscit, iustis ex causis conueniri nequeat, blan- diri debere existimamus.

A. De Princib. conuenientis extat p. 2. ord. Camer.
T. 4. §. fin Gail. 1. obs; I. n. 19. Minsing. Cent. 3.
Obs: 1. De reliquis vero statibus immediatis, vide.
Geil: d. obs. 1. n. 46. Myns. Cent. 1. Obs. 89. Min-
da.de.extrahen.process.cap.18.n.3.in fin.B l. 2.C.de
off. Civil. Iud. l. iniuriarum §. is qui Iure publico,
ff. de Iniurijs C. c. non solum c. qui malos 2.4. q. 5.
& toto. T. C. de Magist. conuen. l. Disus 4. ff. de
in. integ. rest. c. conquerente De rest. spoliat.

36 Maximam tamen in jis decernendis, propter sustinendam Magistratus, quem omni Iure summa reverentia & pietate agnoscere subditi A debent, autoritatem, ne delinquendiansa, vel ipsorum malitia & delictis patrocinium prebeat, adhibere oportet prudenteriam: Quia in re Consiliarij & officiales prudentes & religiosi, quibus & princeps non magis quam membris sui corporis, B cuius & pars habentur, cuiq; sicut stellæ in firmamento cœli adhærent, radij q; sunt coruscantes & illustrantes regnum eius, carere potest

suâ prudentiâ & fidelitate; non vero crudeles, rapaces, concussores, subditorum flagellatores, vel turbaturum in cendiarij (hi enim infamia, nota, & ignomonia Principis & deua statio regai sunt.) multum proderunt.

A. *per l. si filius; C. de pat. pot: l. congruit. 13 ff de off. præs. l. respectendum S. furtæ domestica. ff. De pænis. B. tex. in l. quisquis C. ad L. Iul. Mate:*

37 Quatuor ergo, si Principi, vel Magistratui in subditos animaduertendi necessitas in cumbit, ne contra eum huiusmodi Mandata peti queant, tenenda proponimus. primò ne præcipitanter quidquā ad vindictam properando agat, verum seuerius quid promeritū vel decernendū esse existimans, 30. dies minimum pœnam subeundam suspendat. A 2. vt legitimè procedat, 3. vt innocentī multitudini, ne huius querelis & suspirij iram Dei in se commoueat, quantum fieri potest, parcat 4. ne modum excedat.

*A. rex sing. in l. si vindicari 20. C de pænis, & ibi
Gotho s. in not: Idem refert Tacit. in Tyb. cap. 75. Et
alludit illud seneca in Agamem. Da tempus & spati-
um tibi, Quodratio nequit, sanabit mora. Et elegan-
ter idem in Octau:*

**Consulere patriæ, parcere afflictis, ferā
Cæde abstinere, tempus atq; iræ dare**

Et Aurel. Vict. de Theodosi scribebat, quod aliquando ab eo seuerissime praecepta medica dilatatione emolliabantur.

38 Incidenter hic quæstio, cui^{us} usus & praxis hodiernis moribus non infrequens, moueri potest ista: *Vtrum princeps vel Dominus* in suum officialem, propriæ vtilitatis studiosum, inq; sui sacculi eomm̄odum, principis verò detrimentum & fraudem, prohibitor &c il-

licitas exercentem artes Capitis vel sanguinis poena animaduertere possit? Eos ab omni penitus furti actione eximere, A cum propter fidem & fidelitatem promissam nec Iuri, nec æquitati consonu sit, ideoq; si Princeps vel Dominus fraudulentius quid, vel majori cum fraudatione pro rei qualitate gestu, aut publicam Principis pecuniam, administrationis tempore subtractam competerit: denegato Iuris patrocinio, & adhibita commissi furti aperta probatione & evidenti, siquidem in dubio, tempore etiam administrationis ditissimus factus, non ex principis vel Domini redditibus, seu fraudulententer, sed liceo sua diligentia acquisuisse presumatur, capitali animaduersione, exl. Iulia peculatus puniet; B. nec tamen parua, viliora, & domestica furtarum publicic & grauius vindicabit:

A. VVesemb. in parat. ff. de Furt: n. 8. Boſſius in pract. Crim c. de furt: n. 25. Tiraq. de pan. Caus. 58. B. §. itē. l. Iulia: peculatus 9. Inst. de pub: Iud: Clas ruc in praxi Crim: qq. q. 68. vers. Officialis. qui publicos prouertus &c. C. VVes. d. lo: & l. perspicendum 11 §. 1. ff de pan: fac: l. I. §. 20. ff. de vi & vi arma.

39. Quum deniq; subditis saepissime iniquius, & atrocissimis habeantur, hiq; eorum investigare commoda, illisq; mederi non studeant, neq; lapsus, prout magna hominum imbecillitas, competenti moderamine subleuent; miserculi & egeni plus iusto aggrauentur & opprimantur, nec non eiulando, lachrimandoq; ad D E V M conrra superiores vel Magistratus conquerantur, & clament, adeoq; illis succurrere sit æquissimum, παρεργῶσ quasi & παχυλῶσ hīc querere placuit: Vtrum subditi contra principem vel Magistratum, præter dictam impetrandum Mandatorum defen-

sionem

sionem, non attento ordinario Magistratu, Principe, Episcopo, vel comite &c. superioris vel potentioris alii protectioni pro certa annua pensione vñ in Jährlich ſchuz vnd ſchirmgelt/ se subijcere & proprio quidem motu, in consulto ordinario Magistratu, nulla prævia causæ cognitione, coram Imperat: Camera, vel Austregis, vel sine necessitate aliqua, protectorem sibi eligere queant?

40. Cuius quæſtionis affirmatiuam, quamuis non nulli generaliter, in distinctè & in Thesi, non omnino conuenienter Iuris fundamentis teneant; attamen B. nos illa moderantes, & absolutam assumendi protectoris licentiam propter reverentiam subiectionis, & concurrens vel inſequens Ordinarij præjudicium, limitantes; & tutius de munus cuiusq; status vel Magistratus esse patrocinium, rectè agere, ius & iustitiam administrare, omnia placide, iure, & æquitate vtendo, componere, & exiguum nonnunquam pati detrimentum, gustu licet insuauiore, quām sub plausibili protectionis titulo, ſeruitutem annuo emere ſalario, opinantes; subditis liberam rerum administrationem habentibus, potestatem quidem eligendi protectores, verum non temerè, vel sine necessitate, sed iusta ſuſſidente cauſa, quod videlicet ordinarius vel nolit, vel defendere non possit, vel aliás iniquè grauet, ita tamē, ut proximè superior (nisi iusta & probabiles alium diligendi ſint cauſæ) in protectorem deligatur, concedimus.

A Schurff. Cent: 3. Cons: 23. Gail. I: obs. 54. B. Mind. lib. 2. Cap. 16.

14 An vero Ordinarius, vel Hæreditarius ſeu Naturalis princeps vñ vel necessitate exigente, alio defe-

sore vel Aduocato electo, subditos ad hoc defendere teneatur? Quia noui patroni electio, antiquioris patro cinum non tollit A. hicq; specialis & singularis saltē contractū; ille vero generalis Iurisdictionis, & Iure Magistratus omnibus etiam extraneis, securitatem & defensionem in suo territorio præstare debet. B. teneri certum est.

A. argumento. *l. sancimus C. de Testam. Quod enim non mutatur, tnr stare prohibetur?* B. Gail. 2. obs. 64.

42. Hinc & illud insurgit: An aduocatus vel protector clientes suos in ipso Ordinarij territorio, & quidem etiam armata manu vel aliis actibus, defendere audeat, ipseq; *Ordinarius* ferre vel pati debeat? Illum ubiq; subuenire (nisi contractus aliud suadeat,) debere; hūc vero si nec ipse subditis auxilium deneget, nec contra ipsum defensoris patrocinium tendat, nec ad defendēdū insufficientis vel inhabilis sit inuocatā Iuris via, vel Imperat: & Camerae Iurisdictione, ferre minime debere; secus vero si ipse ordinarius subditos ini- quius grauet, vel diuexet, iudicamus.

Argumento. l. pleriq. ff. de in Ius vocan. l. de domo. ff. de R. l. Iason. in l. vi. vīm n. 15. ff. De Iust. & Iu:

Alberic. de. Ros. d. l. pleriq. Myns Respōs. 27. n 10.

43. Qui nimō contra consanguineum & confoederatum clientes suos protector defendere tenetur, maxime verò si ceteri adesse nolint, vel alias ipsos grauet & molestent.

Simon Pistor. cons. 19. Bartolus. Auth. hoc ita C. de duob reis stipul:

44. Quid si vero extra communem protectionis vel Aduocatiæ obligationem, de non offendendo, vela-

lia huiusmodi interuenisset transactio? si poenā ista pactio stabilita sit, cōtrafaciens, & ab ea discedens impunè à Comprorectore, etiam consanguineo repellere potest, inq; poenam præfiniram incidit. A. Sin vero iureiurando vallata sit, tum si alter pacifcentum cli- entes alterius iniquè vel iniustè, extrā legitimam Iuri rationē, offendat, nullo pacto aut statuto familiari seu conuentione hæreditaria, vulgo Erbainigung obstante, quamvis iuratā, impunè contra confoederatum suum, protector suos clientes defendet.

A. *l. cumpater §. libertis & ibi Bartol. n. 7. ff de le-*
ga. 2. Iul. Clar. prax. Crim. lib. 5. §. fin. q. 47: Gail.
de pa. publi. lib. 1. cap. 3. n. 16. cum alijs per eum al-
legatis B. c. puenit. 3. c. petitio, cum alijs similibus
De Iureiurando.

45. Sed Iurisnè aliquo tantū, vel & Facti remedio, illa defensio præstanda? Factum distinguendo, si proprio fiat furore, impetu, vel audacia, tunc quia nullo Iure iustificabile, A. ad id, nec ad improbam quoq; so- ciationem vel petitionem clientum, protector est adstrictus; sin aurem armis quidem, & contrā audaciūs eundo, sed tamen Iure, fiat, & cuncta (iuxta Co- micum,) priusquam ad arma sit peruentum, fuerint tentata, adeò, vt necratio villa, æquitas, consilium, vel legum authoritas locum habeat; protector pro sua autoritate, patrocinij Ius pro clientibus fideliter sep̄ etiam, in manifesto videlicet periculo, vel dilatione pe- ricolosa &c. non rogatus, & si sua interesse putet, etiam invitatis clientibus, ob commune obligationis Ius.in- terponere tenetur.

A. *l. si quis intantam C. unde vi. B. pellere. n. vim.*
vi, & vulnera vulnera permisum est. l. vt vim ff
de Iust. et Iu. et toto T.C. Quālicet: un. fin. iud. vind..

CAPVT IIII.

De Clausulis principum Mandatis seu Rescriptis inseri solitis.

46. Cùm Romanus Princeps, vel Imperator, multitudine negotiorum præuentus ad omnia per eum emanata aduertere nequeat A. indeq; suos Palatinos ob assiduam in Curijs Mandatorum subreptionem, B. omnia temerare conqueratur; C. ideoq; ne per pre-
cationes eiusmodi furrius, & potentia corum qui instant, extortas D. quicquam Iuri generali (est enim Iustitiae /veritatis, & æquitatis custos) vel publi-
cæ utilitati aduersum statuar, vel hinc, vnde expecta-
tur iustitia, proficiuntur iniuriæ; certis proinde qui-
busdam Clausulis (de quorum potioribus hic; quædā
de alijs ad seq. reijcientes caput,) fraudibus & impor-
tunitati obſt repētium petitorum, pro diuersitate rei,
medelam & remedium, vel nonnunquam etiam ro-
bur adhibet.

A. Cornel. cons: 135. lit. C. 4. par. B. Zaf. lib. 2. Cons.
10. n. 28. C. l. defensionis facultas C. de Iure Fiscis,
& l. prohibitum. C. eod. D. l. l. C. de fund. limi-
troph.

47. Omnia itaq; Mandata vel rescripta, tam S. Pon-
tificis, quam Imperatoris, vel Camere Imperialis, que
sub nomine & sigillo Cæsaris decernuntur, vel etiam
alterius principis, tacitam hanc Clausulam (*si preces
veritatem nitantur*) continent, ita ut non teneatur is
ad quem id est directum, mandare Exequutioni, sed si
subditus sit, sub & obreptionem opponere; sin vero
officialis vel iudex sit, melius informato principe, se-

cundam Iussionem vel Mandatum expectare possit
ac debeat.

c. 2. De Rescrip. l. vniuersa C. eod. c. dicentii 25. q. 2. l.
puniri C. deducere. Rescrip.

48. Vnde licet non simpliciter, sed sub pœnavez
Excommunicationis, banni, priuationis bonorum,
honorum, vel dignitatis, siue etiam quavis alia, quid
fieri præcipiatur, eam tamen is, cui est mandatum vel
Rescriptum, si sciens narrata esse falsa Exequutioni
supercedeat, non incurrit.

c. si quando. De Rescrip. vbi Panorm; Innocen. c. inqui-
sitioni Desent Excommunc. gl. §. deind. competens.
verb. nuncians. Auth. De Mandat. Princip.

49. Nec tamen Delegati, vel eius, cui mandata est
causa, Iurisdictionem hæc clausula suspendit, sed vim
saltem cauſe cognitionem, sententiam, eiusuè ex-
equutionem suspendendi habet.

Fel. c. 2. De Rescrip. n. 6. Decius eod. num. 5. Francij.
Ripan. 8. Bartol. l. præscriptione C. si contra Ius vel
vilit: pub: Gail: lib: 1. obs: 14. n. 2.

50. Quod & in Mandatis sine Clausula, putà si prin-
ceps, vt præcisè, sine causæ cognitione, sine villa exce-
ptione, mora, vel dilatione aliquid fiat, detur, vel o-
mittatur, præcipiat; nec solum Iustificatorijs, vel cum
Clausula siue conditione (si tegrauatum sentias nisi
aliter se se habeat, nisi iustas non faciēdi habeas cau-
ſas,) expressâ, procedere, huicq; Clausulæ prædictæ lo-
cum esse, aimus.

c. 2. De Rescrip: verbo præcisè. Gail. lib. 1. obs. 14 pe-
nè per tot.

51. Nec tantum in commissione vel delegatione co-
gnitionis & exequutionis causæ, sed solius etiam ex-
equutionis, cum & hæc præuiam habeat cognitione

(tacitè) cui clausulā (si preces &c.) semper ineſt, deſ mandatæ.

Bartol. in l. à Diuo Pio. n. 4. ff. de Re iudic. & l. præ ſcriptionem & l. etſi non cognitio C. ſi con: Ius: uel util. pub. Menoch. d. arbit. Iud. lib. 1. q. 38. n. 3. & 4.

52. Quum porrò multi, ſuper Mandatorum Claſu lis ad eminentiam principum pertinētibus, ſicuti cu ſuq; tulit ingenium, vel ſuasit forſan commoditas; nunc potestate eorum extendendo, nunc perputando, multa diſputarint, tūm hæc vel maximè de plenitudo ne, ſuis non fuit deſtituta patronis, qui nō mi nus varia variè quoque de eadem diſſeruere, tantæ eā importantiæ arbitrantes, vt Mandato immixta omnē: qui in eo deſideratur defectum ſuppleat, om nem frau dem ac dolum, & præſertim ſub: & obreptionis excep tionem excludat.

A. Zaf. lib. 2. Conf. 10. n. 6. B. Guido pap. Tract. De Reſcriptis. n. 26.

53. Ita tamen diſtinguentes, vt eorum opinio, quo ad Effectus Iuris poſitiui, non Naturalis ſeu diuini, te neat.

Fel. c. poſulaſti n. 12. De Reſcriptis Alex: lib: 1. cons. 79. n. 7. ubi Carol. Molin.

34. Nos in huiusmodi Mandatis parciūs principib⁹ indulgentes, nec habenas uisque adeò laxantes, vt ſine cauſa, pro ſolo voluntatis & potentiae libito ſeu Ma ieſtate, quod contra legum candorem, vel Iuſtitię & æquitatis rationem ſtatuant, vel Ius ſuum alteri auferant, & (niſi uirgens publicæ utilitatis cauſa urgeat, & de ea exprefſe conſet) inſringant; Principū potestate ad ſubditorum tutelam, & Iuſtitiae administrationem afferendam eſſe ampliſſimam; ad inferendam verò iniuriā vel præiudicium tantam potestatis plenitu

diuēm

dinem non eſſe agnoſceudam censemus.

Bald. c. 1. colum. 2. apud quos con. Inuenit. & in l. ex facto ff. de vulga. & pup. ſub Zaf. d. lo. n. 7. & 10.

55. Adeò quidem, vt ſi uilla publicæ utilitatis cauſa, ad excuſaudum Principis factum appareat, eam ad indiuiduum exprimi neceſſe ſit.

Socin. Cons. 273. col. pen. verſ. & ſi dicatur.

56. Non morantes, quod non nulli Dd. iuſtam in principe ſemper, & (vt loquuntur Theologi) pro ſem per autument præſumendam eſſe cauſam; Nam ſi princeps in ſuis emittendis Mandatis, diſſicilis ſit & grauiſ, & natura negotij ſuper quo mādatur præſumptionem cauſæ iuſtæ (quaे ex Mandati circumſtantij colligenda) recipere, libenter, miuū verò ſi in concedendo foret facilis, vel absurdā, iniqua & imperti nentia in Mand. apparerent, adſtipulamur.

Zaf. d. loc. n. 11.

57. Quamuis euim ſumma tenet potestatem, at tamen & ſumma obſeruare debet houeſtatem, ceu Regulam, & æquitatem, cūm à capite ſit edenda ra tio: Vnde niſi potestas legitima ſit, hoc eſt iuſta & rationalis, ſed iniuſta potius, & pro ratione dominetur voluntas, magis impotentia ſeu defiſientia erit ap pellanda, ſiquidem magis circumſpicere, raroq; po testatis plenitudo ne vi debeat.

Bald. confil: 453 3. par. verſ. dicetur autem potestas & in l. 2. C. de commun. rerum: alie: per not. in l. pen. ff. de hered. inſtit. argumento c. cum inno tu. De Elec̄t. Zaf. d. lo. n. 13. cum ſeqq.

58. Hinc cūm principis intentio, etiam de plenitudo ne potestatis, nunquam videatur eſſe talis, quod Iuri alteri quæſito derogare velit, ut pote cuius Man

dala cum Iustitia, & saluo Iure tertij, hoc est, ita ut nemini Injuriam faciant, nec Ius tertij ledant, sed saluum & illæsum relinquant, intelligenda, A. principes omnes suos actus à Iustitia Poli & Föri regulari velit, B. vtraq; autem Iustitia mendacē, in pœnā Mendacij, impetratis carere iubeat, consequens erit Clausulam de plenitudine potestatis, alteram, si preces &c. vel contra ipsum etiam Mandatum sub & Obreptionem tollere, eaq; opponentem exarmare non posse.

A. c. super eo §. hoc tuam. de off. deleg. gl. ibidem. verbo intentionis: l. nec auum C. de Emancip. liber. cū alijs sim. Gail. lib. 2. Obs 58. n. 4. B. Bald. l. 1. n: 1. ff. de Constit. princ. Ius. ibid. n. 3. C. l. eis legibus C. de diuers. refcrip:

59. Cū ergo hac Clausula, vt & alię quędā hoc tempore, velut ex styli consuerudine, in omnibus propè Imperialibus literis int̄er; & s̄apenumero in pertinen- ter rescribi consuerint, in eis tanta virponenda non est. Eleganter etenim Baldus temerariam istam & abusiuam cautelam, qua principes hodie in Mandatis vtuntur, in totum ab aula eradicari, nec ita in vsu frequentari debere; subiugens, plenitudinem potestatis nec aliter, quam de bona & laudabili, non vituperabi- li, vel tyrannica iutelligendam esse, dicit.

Zaf. dd. locis. Bald. Cons. 297. post princ. 3. pa. in- cipit, Ad evidentiam premittendum &c.

60. Est & alia Clausula, Excerpta nimirū scientia, cui eandem cum superiore vim & effectum, vt ea quoq; Mand. inserita sub: & obreptionis vitium tollat, attri- buunt; A. Quibus haud absolute adstipulanres, d. clau- sulam solūm in his, de quibus certam præsumitur ha- bere scientiam, secūs verò in ijs, quæ ignorare præsu- mitur, vt quę in facto consistunt, vel quando impetra-

tio est

tio est sub reptitia, vel in præjudiciū tertij, operari exi- stimā. Quia sicut principalis concessio videtur facta si preces veritate nitātur (quā claus. omni Mand. tacitè vel expresse inesse supra posuitus) ita etiam Clausu- lae accessoriæ intelligi debent. B.

A. Alex. lib. 5. Cons. 41. infi. Anton. Gabr. Com. Concluſ. lib. 6. De Claus. conclus. 1. n. 26. B. l. fin. C. sen- tent; rescrib. non pos. l. causas C. de Transact. Gail. lib. 2. obs. 58. n. 5. Decius Cons. 148. n. 6. remiss.

61. Eiusdē efficaciæ nōnulli quoq; Clausula Motus proprij, vt sub. & obreptionē tollat, nec contra preces opponi queat, cōstituūt: A nōnulli autē eā modifica- tione, vt saltē in Māndatis vel Rescriptis gratiosis, quę sine alteri iniuria cōcedūtur, nō si Ius tertii ledāt, vel, in ei⁹ præjudiciū vergāt, tū enim tolli sub & Obreptio . vel excludi cōditionē Si preces veritate &c. accipiūt. B.

A. C. si motu proprio. De prabend. in 6. Clem. Et si Rom: pont. ubi gl. & Clem. per literas, verbo dire- cta de prabend: in Clemēt. Gabrielius d. T. de Claus. Conclus. 2. n. 1. B. Decius Cons. 407. n. 21.

62. Quam de Mand. Gratiol. opinionem etiamsi ali- qui, pro maiori robore, distinctionis pharmaco, vt si nimirū in supplicatione taceatur qualitas rei, non personæ inhārens, Clausula (Motu proprio) viū sub & obrept. tollat, A. saluare conentur; nihilominus tamen sub: & obreptionem, si talis subticeatur quali- tas (siue rei, siue personæ inhāreat) qua significatā princeps non, vel saltē difficilius concessisset, seu re- cusaſſet, Motu proprio tolli, B. eoq; nomine ad Men- dacij delictū cōniūēdū debere, minimè esse opināur.

A. d. c. si motu proprio. Felin: c. ad aures. n. 7. Deci. ibid. n. 11. De Refri. Menoch. 2. d. arbit. Iud. Cent. 2: Cas: 201. n.. 81. B. Anchar. Cons. 137. Abba. c. quia circa. vers: sed q̄ro. de Cōſang. Men. de lo. n. 83.

CAPVT V.

De Exceptionibus Mandatis opponendis; Et Sub: vel Obreptione.

63. Cùm nullum tam graue, tamque enorme factum seu facinus fermè sit, cuius ipse author non patrocinium, ex insito defendendi seu purgandi amore, prout in primis appareret parentibus, Adamo ab Eua, hac à serpente se deceptos excipiendo querelantibus, quærat, & raro statim quis Mandato pareat, sed plerumq; crimina & errores aliquo prætextu palliemus, proinde sicuti in alijs, ita & Mandatorum processibz, quasuis Exceptiones, in Mandatis autem puris solam sub: & obreptionis exceptionem admittimus.

Gail. lib. 1. obs. 14. Deputat. VVormati: de Anno 86. Et nouissima Constitutio: Ratisbonen. §. Damm auch zum dritten.

64. Est autem Obreptio quæ per falsi fit narrationē, seu falsam suggestionē, cùm nimirum in libello supplici falsā obrepunt narrata: Subreptio verò quæ per veri taciturnitatem, seu confusam vel perplexam ei⁹ narrationem, vel veritatem occultatam committitur.

Abbas c. cum dilecta n. 15. De Rescri. August. Berouss c. super literis n. 1. eod. Menoch. d. Cas. 201. n. 9

65. Quam differentiam etsi mulki, adductis & tortis ad sui defensionem legum A. & Dd. B. autoritatibus, nec non inspecta horum verbalium, quod vtrūque ab ob: & subripiō, quæ idem sonent; descendat, deriuatione, ceu Iuri contrariam improbenr, eos tamen, potissimum circa deriuationem, quod obreptio

non

non ab obripiō, sed obrepo vel obrepto deducatur, errasse, & vocabulorum proprietate spectata, saluam manere differentiam, pace illorum dixerimus. C.

A. l. sed si hoc §. patronum V. obreptionem ff. de in Ius vocan. l. si fideiussor §. si causam ff. Mand. l. 1. C. si nupti. ex Rescri. pet. B. Menoch. d. loco. n. 10. Et seqq. remiss. Berous d. loco. n. 2.

66. Non tamen promiscuum horum terminorum in Iure nostro esse usum, & quoad effectus annulandi Mandatum, nullam esse differentiam, cum vtroq; modo Mandatum reddatur ipso lure nullum, negamus: licet quoad alios effectus, delicti scilicet grauitatem, poenæ acerbitatem, magnum sit discriminem, siquidem grauius per obreptionem, quæ & crimen B. dicitur, quam subreptionem, quod grauiora sunt delicta Commissionis, quam omissionis, delinquatur. C.

A. Quia plus est falsum exprimere, quam verū supprimere Ab. c. quia circa. n. 5. de Consang. Et affi. B. l. debuit ff. de Infam. l. si quis obrepserit. ff. De fals. C. Menoch. dictis locis.

67. Multum vero an sub: vel obreptio circa causam versetur Finalem, quæ scilicet principaliter ab agente intenditur, & ipsum ad agendum principaliter mouet, & in quam mens ipsius primò dirigitur: aut Impulsuum, quæ & ipsa agentem quidem mouet, & auctui, sine qua aliás non fieret, causam dat, secundariò tamen non principaliter. (Theologi occasionem, philosophi finem secundarium, vel minus principalem vocant, & Cic. præcursionem quandam adhibere dicit) ob non modicam inter has causas in Iure differentiam, refert.

68. Cùm etiam hæ Exceptiones sub: & obreptionis ex ipso

ex ipso facto factiuè qualitate, vel alia circumstantia, in Mandatis puris, nō ex visceribus vel meritis, vt in iustificatoris fieri solet, causæ principalis petantur: Sub reptio ex taciturnitate eius, quo expresso, adhuc, aut facilius Mandatum fuisse, boni viri arbitrio, concessum, non inducitur.

Couarru. lib. 1. Analyt cap. vlt; n. s. vers: Contrariam sent: Grauett cons. 2. n. 19. c. non potest, c. si motu proprio de prabend. in 6.

69. Secus si in specie alicuius qualitatis facienda sit mentio, nam eius taciturnitate, etiam si quod exprimi debet, quid sit modicum, subreptio committitur; A nec generalis narratio vel expressio, siquidem obscuritatem pariat, & patia sint aliquid non exprimere vel obscutè, B sufficit.

A. Grauet; Cons. 68. n. 8. cū alijs ibi; d. alleg. & Cōs. 79.

n. 2. B. l. de aetate §. ex causa ff. Deinterroga. Actio.

70. Hinc querere placet. An petens beneficiū alicuius Ecclesiae non factamētione de Ecclesia annexa seu accessoria; A. vel Sancto in cuius honorē Ecclesia fundata vel consecrata est, subreptionē committat? Cōmitti respondemus. B.

A. Roma. Cons. 362. in 3. dub. Grauet. Cons. 104. n:

12. B. gl: c. quamvis verbo extendit. de prabend. in

6. Felin. c. cum accessiō: colū: 1. De Constit Grauett. d. cons. n. 13:

71. Quod & de patriæ vel nationis suppressione seu taciturnitate asserimus.

Ab. c. si proponente. De rescri. Et fac. tex. in l. in Eccl. C. de Episco. & Cleric. & e. nullus in iuitus 61. di.

Deci: Cons. 541. n. 15.

72. Non tamen, si præsumptiuè quid exprimitur, vel Mandans aut Rescribens in genere saltem, quod taci-

tum

citum est, scire potuit, subreptionis vitium incurritur.

Socin. Cons. 188. ad fi. lib. 52. Cornel: Cons. 201. Colū.

4. ad fin. n. 14. lib. 2. Grauet. præcitatō Cons: 79. n. 8.

73 Vnde nec ista Mādati Clausula (pro expressis habentes, q̄ tacita sunt) quidquam, si princeps ad petitionem partis, sine cognitione causæ aliquid concedit, ad tollendam subreptionem operatur.

Angel: in l. sed si q̄s §. que situm ff. si quis cautio: Roma.

Cons: 327. Deci. Cons. 165. & 541.

74. Pari modo nec ista Clausula generalis Non obstantibus &c. quia videlicet ad expressos restringitur causis, & solū quoad eos Mandatis vel Rescribētis nātem declarat, subreptionem tollit.

Bald. Cons. 490. ponitur quod quidam Nicodemus.

Columna. 2. circamed. lib: 1. & Cons. 405. lib. 5.

Grauet. Cons. 68. n. 6.

75. Deniq; nec principis Mādat. vel Rescr. Clausulam (remotis quibuscumq; Exceptionibus) infertam habens, omnesq; alias exceptiones tollens, eam perimit.

Paulus de Aret. c. ex parte 2. De Off. deleg. Bart. Veron. Cons. 64. eol. 7. vers. plus etiam Grauet. Cons. 68. n. 13.

76. Quæ subreptionis Exceptio dilatoria cùm sit, ante litem contestatam & opponi& probari debet.

Bart. Vero. d. Cons: Bald. Cons. 517. post diuersa Rescr. in fi. lib. 5. Præpos. c. per tuas col. 1. circamed. De Appellat.

77. Quoniam verò Imper. vel Princeps sit omnia, & super omnia, & possit mutare quadrata rotundis, A. summaq; sit eius potestas, ac nemo ei dicere Cur ita facis? A. vel aliās de ipsi^r potestate disputare possit, C. nihilominus tamen cùm à principe non sit insolita Obreptio, D. & inuercundâ petentium inhibitione,

F

ad eo

ad eò non nunquam constringatur, ut etiàm non cōcedenda tribuat. E. Sub, & Obreptionem allegari à parte lèsa posse, Principemq; æquo animo, cùm veritas & Iustitia defenditur, pati debere, nec tamen cōmodo de potestate, sed voluntate & scientia Principis quærī & disputari, liquet. F.

A.. *Hofstiens. c. cum veniſſent de Iudic. Bald: c. 1. qual. dom: pro. priu. Menoch. pref. 10. lib. 2. B. Bald. in proœm. Feud. n. 34. C. l. disputare C. de Crim. fac. D. l. prædia C. de Locat. præd. l. fin. C. de fund. & ſal. rei dom. E: l. 1. C. de peccit. bon. ſubla. F. l. ex faſtoff. de vulga. & pup. ſub. Gail. lib. 2. obs. 58. n. 7.*

78. Vnde licet contra Ius, maxime Positium, dispo-
nere queat, in dubio tamen non præsumitur velle, A. nihilq; præter iustum & verum Principi placere Iura
præsumunt, B. qua ratione cùm non de ipsius potesta-
te, sed voluntate, vt dictum, disputetur, ipsumq; Māda.
Ob. & subreptione vitiatum, ex defectu voluntatis
Mandatis, non potestatis vitiatū habeatur; C. pro-
inde Cæſareanos, vt magna circumſpectione & dele-
ctu Mādata Cæſarea emittat, notabiles effe oportet. D.

*A. c. fin. De Rescri: in 6. & c. unic. de Religioſ. dom.
Gail. d. obs. n. 9. B. c. si quando ſ. fin. De Rescrip.
C. Menoch. Cons. 108. n. 24. Socin. ſen. Cons. 720.
lib. 3. D. Zaf. lib. 2. Con. 10. Gail. d. obs. n. 12.*

CAPVT VI.

*Quibus modis Mandata cassentur ſeu
redintegrentur, eorūq; fiat Exequitio.*

79. Exceptionibus oppositis, yētilatis, & discussis, cùm
casserur Māda ūvel redintegretur, illud Cassari ſeu reuo-

cari

cari dicitur quando Exceptiones relevantes inuentæ,
mandatum ſub: & obreptitiè vel malè impetratū pro-
nunciatur & tollitur.

80. Vnde ſub: vel Obreptio cōtingens circa causam
finalem, vel eas qualitates, quæ expreſſe vel in Iure, vel
ex Curiæ ſeu Cancellariæ ſtylo, vel etiā ex cōſuetudine
Principis determinatæ ſunt, quibusq; expreſſis Prin-
ceps vel non, vel ſaltem diſſicilius confeſſiſſet, Man-
datum ſeu Rescriptum reddit inefficax, ac ipſo Iure
nullum.

*Couar. ſupra citato loco Menoch. de arbit. d. Cent. 3.
Cap. 201. n. 22. & 27.*

81. Causa etiam Impulſiuſ, qua non existente Prin-
ceps Mandatum vel Rescriptum recuſaſſet, quaue ſi-
gnificatā, is Mandat. minimè confeſſiſſet, reddit illud
inualidum, ſuſpenditq; Comiſſarij ſeu Iudicis dele-
gati commissionem.

*c. ſuper literis in fi. De Rescri: ubi gl & Dd. Couar. d.
loc: vers. his ita breuiter.*

82. Si falsitas vel subreptio eius ſit conditionis, vt bo-
ni viri arbitratu, Principem ad recuſandum Mandatū
non mouiſſet, non ſolū tunc Mandato non officit,
verū etiam ſi talis ſit, quæ Principem notabiliter
moueret, cumq; ad confeſſionem gratiæ diſſiciliorē
quidem redderet, tamē nihilominus abſq; vi lo-
moderamine, vt confeſſia fuit, tandem confeſſiſſet.

tex. fin. d: c. ſuper literis Couar. d. vers. falsitas.

83. Si in vero qualitas nullo Iure, vel communi, vel
Municipali, vel Curiæ etiam ſtylo determinata ſubti-
ceatur, arbitrio Iudicis & boni viri, an talis, quæ cogni-
ta Principem ad recuſandum vel diſſicilius conceden-
dum mouiſſet, relinquitur.

Couar. d. loco Menoch. n. 29. & ſeq: d. lo.

Hinc naturalium liberorum legitimationem petens, in supplicatione seu precibus, qualitates tūm foeminae, an videlicet sit mortua, vel nupta, vel monialis facta &c. tūm liberorum naturalium, an sint spuri, incestu nosi, vel simpliciter, naturales, vel an naturales & legitimos simul habeat liberos, exprimere debet.

§. si q. & §. si igitur Auth. Quib. mod. natu. eff. leg. Felin. c. postulast in n. 2. De rescr. Alex. lib. 2. Cons. 145. n. 5: & 6. ubi Carol. Molinæ: Deci: Cons: 579. n. 4. Couar. lib: 1. cap: vlt. n. 9. Menoch. d. Cent: cas. 203. Gail: lib: 2. obs. 142 n. 8. 9.

84. Ideinq; faciendum in Impetratiōne dispensatiōnis ad contrahendum matrimonium, nam & eo casu omnia impedimenta, putā affinitas, consanguinitas, gradus eorum, & aetas, sicuti & remissionem homicidiij eiusq; abolitionem à principe petens (Wann einer Landts huldigung erlangt wegen todschlags) mentionem prioris indulgentiæ ob simile crimen concessæ facere debet, narranda sunt; alioquin Mandata ipso Iure essent nulla.

Deci: Cons 602. Felin: c. ad audientiam col: 14. de Rescr. Couar. d. lo. n. 8.

85. Redintegratio Mandatorum est eorundem Exceptionibus & oppositionibus, quibus suspendebatur, discussis, & irrelevantibus inuentis, restauratio, innovatio, & in primænum statum, in quo erat, antequam negaretur, reductio siue repositio.

Argumento l. adolescentia: C: in quibus caus. restit. in integ. necess. l. ppter 21. §. 2 ff. ad S. C. Syl. eū similibus.

86. Per quam redintegrationem hoc pronunciatur, quod reus non obstantibus. neq; attentis vallis suis exceptionibus, vt potè inualidis & irrelevantibus, Mandato iuxta eius tenorē adhuc parere teneatur: Et præ-

terta

rerea tām in cassatione, quām redintegratione, victus vitori in expensas condemnatur, si fruolē & calumniosè is vel egerit, vel hic exceperit, aliās more reliquo rum processuum, expensæ compensantur.

Minda: lib: 2: cap. 16. n. 2. ad fin.

87. Quæ Mandati Cassatio vel Renouatio in Mandatis puris, propter summariam processus breviratem obseruanda videtur, ita, vt finalis causæ decisio, ex ipso Mandati tenore, illud vel planè abrogando, vel cōfirmando aut redintegrando petatur. Secus in Mandatis Iustificatorijs, in quibus cùm propter ordinariam Iudiciorum telam multos fæpissimè annos disceptetur, multiq; fortassis anni ab extracto & reproducto mādato abierint, Index, si nulla Mandati eiusù cassationis aut redintegrationis facta mentione, generaliter in Causa sententiando, quod Iuris est pronunciet, non peccabit.

Minda. d. lo: n. 3.

88. Exequutio tandem Mandatorum, & desuper latarum sententiatum, literatumq; Exequitorialium ex præscripto §. fin. par: 2. Ordin. Came: T: 23. iuxta cōmunem Iuris scripti, & singulariter Ordinati. Came. p. 3. T. 48 obseruantiam est facienda.

89. Sed quid circa hanc faciendam de eo, qui cùm sub poena admonitus esset, postea fit alterius fori? Si habeat sub Mandatis territorio bona, Exequutio in illis fieri potest. Sin minus, rum terminoparendi contumaciter effluxo, tam ad principalē obligationē, quām poenam agi potest; secus vero, non contumaciter effluxo, neq; poenam esse commissam, neq; eius persequutionem fieri posse dicimus.

CAPVT VLTIMVM

De Contemptu Mandatorum, & Contumacia eorum quibus Mandatur.

91. Quoniam s̄pē accidat, vt nonnulli loco paritionis contemptum, loco exceptionum contumaciam contra Mandatum opponant, sciendum primò Contemptum quo principis vel Iudicis mandato contra venitur, esse triplicem, fieri enim vel Omittendo vt si quid ad emissas forte Cōpulsoriales, acta videlicet vel Instrumēta edere negligat, vel iniunctā solutionē p̄f̄stare nolit; vel Faciendo, si contrā quam inhibēdo vetandouè mādatum erat, attentet, offendendo vel vim inferendo; vel deniq; vtroq; modo simul (& hic omnium grauissimus, Mandati poenam leuiorem merito, sicuti & reliquæ duę species Contemptu aggrauantur Positiō, exasperans) vt si is cui relaxatio captiui, pignoris, vel Arresti iniuncta, non modo non relaxet, sed aliam personam vel rem ex prioris familia, capiat pignoret, sistat.

92. Post terminum in Manda: pr̄fixum comparens, licet Contumaciæ incusari, & ad poenam Mandati agi possit, quia tamen, et si necdū paruisse, adhuc ad declarationem poene, cauſasue contra eam allegandas citari prius oportuisset; si expensas propterea fortè fastas refundat, & arbitrariè propter contemptum, grauiorem comminatam poenam, quia citò poenituit, & ante vocationem ad audiendam poenæ declarationē paruit remittendo, puniatur, iustâ causâ impedimenti morā purgatâ, sufficiet, de stricto verolure minimè.

93. Termino autem Mandati contumaciter elapsō,

non

non solum necessaria est Contumaciæ accusatio, sed etiam ad audiendam sententiam poenue sententiarie declarationem. Citatio, non tamen vbi euidens & manifesta est contumacia.

l. Properandum §. & si quidcm C. De Iudic: vbi Dd: Bartol: l. vn: in summa n. 13. ff. si quis ius dic: non obtem: p. l. 2. §. 1. ff. si quis in ius voca: non ierit. c. venies. §. fin. De Accusat: vbi Dd. Ab: c. vestra de cahab. Cleri: & mulie. c. i. de Iudic: vbi Dec: & Rīpa. n. 83.

94. De numero huiusmodi citationis ad videndum aut allegandum in casu non notoria Contumaciæ. Annimirum vnicā sufficiat, vel plures requirantur, dubium est? Binam ad minimum, vel trinam, seu vñā peremptoriā vel æquipollentē, quomodo in Came: Imperia: Mandata plerumq; emanant, requiri dicimus.

l. AEmilius ff. De Minor: l. 4. in fin: ff. Depignor:

95. Est autem peremptoria per æquipollens Citatio ea, si Iudex euocet atq; mandet sub comminatione de habendo pro vero contumace, quod nihilominus in causa procedetur, vel si mandetur sub Clausula Ex nūc, prout extunc, ex tunc prout ex nunc.

Contard: l. diffamari c. 5. n. 72. & seqq. C. de ingen max. nū Guid. Pap. Cons. 102. Cōtard d. cap. n. 77. remiss.

96. Quia præterea generale est, etiam in Mānd. fine Clausula, vt semper citatio fiat partis, ad audiendam sententiam, poenæq; declarationem, nihil tamen obstat, quò minus alia Citatio, ad vidēndū se per sententiam in poenas declarari, aut contra allegandum causas, necessaria sit; etiamsi primum Mandatum fu- erit peremptorium.

Contard. d. l. diffamari cap. 5. n. 89.

97. In termino comparens, de partitione verò fidem non

non faciens, causas & rationes quidem, at irrelevantes proponens, Mandatumq; cassari petens, non statim condemnari, inq; poenam declarari debet, sed terminum, ad audiendum & videndum, caussasue allegandum, quarec condemnatio fieri non debeat, ne comparens deterioris sit conditionis quam contumax absens, adhuc præfigendum dicimus.

98. In Mandatis vero seu Rescriptis Pontificijs, & de lure Canonico, contumax in non comparendo, non solum à Iudice Ordinario, sed etiam Delegato seu Commissario excommunicari potest.

tex: in e. olim ex. 25. De Refr: concor: c. 1. de Iud.

99. Ab imposita deniq; in Mandato mulcta eiusue declaratione appellari vel supplicari posse et si non in Consistorio Camerali, in inferioribus tamen iudicis affirmamus.

Bartol: l.un: in sum: ff. si quis Ius dic: nō obtemper.l. & in multis C. de Appelsa: l. si qua pœna C. de V. S.c.

Sup. eo. c. vt debitus De Appella: c. cordi. eod. in 6.

100. Prioribus hac quæstione κολοφῶνα ἐπιτίθεναι placet. Quoniam inter decendum omnis Appellatio interponenda, vnde illud numerandum, An à die Insinuationis, quæritur? A die insinuationis numerandum putamus.



Quæstiones ε^ρ πάρεργα.

1. Vtrum Officiali, se ex ore sui Principis, hoc est secreta, & sine scripto habere Mandata afferenti, quis teneatur credere & obediens?
2. Vtrum Mandatum r Principis possit, per baritiestibus non requisitâ scripturâ.
3. Vtrum Cardinalibus, Legatis Imperatoris: vel Principum, Comitibus alijsque viris nobilissimis in Mandatis aliquid ex ore Principis habere afferentibus, absque literis debeat dari fides?
4. Vtrum Delegatus à Principe, litigatores ad Iudicium vocare volens, teneatur Exemplum Delegationis seu Commissionis, hoc est, Mandati Principis, Citationi inserere?
5. Vtrum Impedimenti allegatio, si intra præfixum terminum Mandato paritum nō sit admittenda?
6. Vtrum Mandatorum decretorum, certum tempus præfixum non habentium, vis & potestas Exequutiva sit Annalis?
7. Vtrum Mandatum personaliter isti, si eius sit copia, contra quem decretum est, intimari vel præsentari debeat?
8. Vtrum pluribus confortib⁹ causæ existentia-

istentibus, singulis singula mandata debent
ant decerni, vel vnum saltem cōtra omnes?
& An omnium nomina specificē & integrē
sint exprimenda, vel collectiua saltem, nomi-
ne hæredum vel consortum, denunciatio-
sufficiat?

9. Vtrum eo, contra quem Mandatū est
decretum, ante exequutionem mortuo, vel
officio deceđete, heres vel successor si ei in-
sinuetur, parere teneatur?

10. Vtrum heres vel successor de Manda-
to, ante eius, contra quem decretum est,
mortem, exequuto & præsentato teneatur?

11. Vtrum dies termini Mandato inserti
computetur in termino? Et An terminus
à die vel decreti, vel exequuti & insinuati
Mandati incipiat?


12. Τέλος τῶν πάντων hæc sit quæstio: V.Li-
centiatus post longum temporis interuallū
Doctoratūs dignitatem assumens, præfera-
tur eodem interuallo assumenti prius non
Licentiato?

Quarum quæstionum multūm contro-
uersarum 3. priores cum 9. & 10. negatiuē,
4. 5. 6. 7. 8. quod videlicet vnum sufficiat

suffici-

Mandatum Originale, omniumque snt
nomina exprimenda, cum 12. affirmatiuē,
penultimam distinctione explicantes, de-
fendemus.

Laus Deo Virginique MARIAE.





Περὶ Φάνησι

AD ORNATISSI-
MVM DOCTISSIMVM QVE
V. D. N. IOANNEM LINTNERVM,
Friburgensem Br̄sgoum; cum omni ele-
gantiore literatura, & philosophia perpo-
litum, tum verò I. V. Candidatum, de Man-
datis publica disputatione scitè quæ-
rentem; Dominum, & amicum
singularem.

LINTNERE sancti iuris a-
dorea;

Musas amice; germen amabile;
Apollo iuris quem poliuit
Egregie docuitq; leges;
Iam musicis tintillum sophia sacris.
Probè: & disertè carmine nobili
Musas colentem; iam venusto
Eloquio Ciceronis auctum.

Hoc docta clamans Anglipolis probat
Hoc asserit clarum Eichstadium simul,

Lycea

Lycea quarnm voce docta
Personuere diu, & theatra
Hoc experitur nunc Academia
Alumna; ocellus, qua patria tua:
Br̄sgoicis que clara in oris.
Ingenij, sophiaeq; sedes.
Miratur artes, ingenij & decus:
Applaudit: atq; insignia cogitat
Quēis ornēt: extollatq; summo
Teologio, meritaq; laude.
Rectè id quidem. Virtus memorabili
Nam laude crescit; laude carens perit.
LINTNERE felicem beatum
Tepatria, ingenioq; tali:
Nunc macte cāptis auspiciis bonis
Ad omne contendas decus arduum.
Nā summa virtus spectat alma;
Nesciare perehumi, soloq;
In arte iuris nunc Zasios refer
Papinianos; aut quoq; Scenotas
Æqui boniq; summus auctor
Iustitia rigidus satelles.
Reis asylum, præsidium probis.

Oraculum sis ciuib; eō tuis;
 Deprome leges daq; iurā
 Cum decimis Themidis sacerdos.
 Sic CHRISTVS aeternūm beēt optimus
 Temaximus; iuris, sapientia
 Quifons, & auctor, legis omnis:
 Inſtitia ipsa; Boni, summa.

Ioannes Iacobus Beurerus, senior; in
 Archiducali Academia Friburgen-
 si græcarum literarum, Et eloquē-
 tiæ Professor amico singulari lüb:
 merit.

M. Ioannis Fautschij Poes, Profes.

EPIGRAMMA.

J N G E N I I D E C O R E, V I R T U-
T V M Q V E S P L E N D O R E O R N A T I S S I M O
 DN. M IOANNI LINTNERO I. V. CAN-
 did, confutri suo meritisimo, loco indubitate fidei
 & amoris scriptum.

 Mpiger Aeneas fortunatusque laborum,
 Egregiusq; animi, cùm post incendia Troiæ,
 Post varios casus, & post tot tristia fata
 Augurijs Diūum Latias didicisset ad oras
 Se fe venturum, propriam quâ conderet urbem,
 Et victo Turno vitam sub pace quieta

Duce

Duceret, extremos definiretque labores:
 Nec mora, nec requies: animis spem fortibus hausit,
 Sortem & fatalubens subit, & spe servidus ardet.
 Hinc postquam Italiam, Lavinaque litora venit,
 Prouocat audacem congressu haud impare Turnum.
 Turnum quem prohibent nullum metuisse Gyganta.
 At pius Aeneas sumtis spem ponit in armis
 Aggressus bellum ferro decernit honores.
 Victor ouans abit Aeneas; Turnumque ferocem
 Opprimit, & durum capulo tenus ingerit ensem.
 Tantus amor laudum, tantæ Lauinia curæ.

Non aliter L I N T N E R E , tui fiducia cæpti
 Te trahit, & tacitos lactat sub pectore honores:
 Nam (ne vana putes nostram tibi fingere Musam)
 Post varios studij cursus, & Palladis artes
 Ad Themidos penetrale ruis bellumque Latinum
 Indicis parti aduersæ, defersque triumphum-
 Maecte probis ausis, & spe præsume trophæum;
 Nam sic ingenij vires tua vivida virtus
 Exserit, & lauro insignes cumulabit honores.
 Hinc Themi diuinæ præstanti pectore Nymphæ
 Optatos dabis amplexus, plausuque Clientum
 Post decertatas meritò laudabere lites.



A D

A D E V N D E M

 Et meorum prime sodalium, &
 Cordi meo dilecte medullitus,
LINTNERE, quam meis iniquum
 Imposuisti humeris labore?
 Non, si rumeres vocula quelibet
 Sententiarum pondere, chartula hac
 Cantare possem sat superq;
 Teq; tui ingenijq; laudes.
 Quid non Giphantie docuit schola?
 Quos non praenuit difficiles locos,
 Nodisq; legum inexplicatos
 Praesidium id, columenq; IVRIS?
 Quid Fachinaum non tibi profuit
 Audisse, mæstis praesidium reis?
 Quam prosperete duxit ille
 Per scopulosq; sinusq; IVRIS?
 Quid non Lyceo deniq; patrio,
 Musisq; Friburgensisbus, optimis
 Legum explicandarum magistris,
 Philosophis patribusq; debes?
 Ut ergo grando cum strepitu incidit
 Ingente tectis. ipsaq; frangitur,
 Nec frangit; argumenta torques.
 In cupidos ita disputationes.
 Ergo, ó meorum prime sodalium, &
 Cordi meo dilecte medullitus,
LINTNERE, non tuis iniquum
 Imposuisti humeris labore.

M. Rod. Cleiner lu. mer. scripsit.

F I N I S.

Univ. Bibl.
München